

Hodie vobis librum monstrare volo. Qui inscribitur „Caius asinus est“ et a Henrico Winterfelde compositus est. Henricus Winterfeld ante diem quartum Idus Apriles anno millesimo nongentesimo primo Hamburgi natus est et musicae in conservatorio Berolinensi studuit. Postea in civitates foederatas Americanas emigravit. Opera sua saepius proposita sunt, ut praemio Germanico librorum iuvenilium afficerentur. “Caius asinus est” fabula iocosa et excitans e Roma antiqua est. Henricus Winterfeld ad fabulam commotus est inscriptione in muro templi Pompeiani inventa. Ibi ab puero aliquo inscriptum erat «Caius asinus est ». Auctor cogitans pueros Romae antiquae eo modo animum sublevavisse eam fabulam scripsit. Scripta est lingua Germanica (Tiudisca), sed partem fabulae ipsa in linguam Latinam transferre conata sum.

Personae praestantes sunt pueri Caius, Rufus, Mucius, Flavius, Antonius, Iulius, Publius. Rufus iniuriarum accusatus, cum templo ignominia affecisset et muro eius « Caius asinus est » inscripsisset. Caius et amici sui in rem tectam et occultam incidunt et paulatim aenigma solvere possunt.

Postea magister puerorum describitur :

“Xanthippus Graecus erat et verum nomen ei erat Xanthos. Pueri ei cognomen Xanthippus dederunt, quia Xanthippam eos in memoriam vocavit, litigiosam uxorem Socratis, philosophi clari. Dicitur Xanthippa semper male affecta fuisse et marito suo vitam molestissimam fecisse. Etiam Xanthippus semper male affectus fuit et discipulis suis vitam molestam fecit. Industriam magnam et oboedientiam emendatam poposcit. Sed discipulos numquam verberavit et valuit aliis modis obtemperantiam sibi comparare. Et non permisit servos ibi restare, qui pueros prima luce ad scholam adducerent, sed poposcit eos vesperi redire, ut pueros abducerent. Obtinuit animos puerorum avocari a discendo, cum servi adessent.”

Henricus Winterfeld duas alias fabulas scripsit, quae de casibus Caii et amicorum narrant. Quarum tituli sunt “Caius in lucem profertur” et “Caius in angustiis”.